



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE  
CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa  
restau-||randa, pristinoqué nitori || restituenda.||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

7. Latitudo & amplitudo argumenti de Disciplina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](#)

## CAPUT VI.

*Ob malam disciplinam non statim deferendam  
esse Ecclesiam.*

Propter malos mores & neglectam Disciplinam non statim esse Catholicam fidem relinquentam, docet Franciscus Horantius lib. 6. ca. 8. Locorum Catholicorū contra Institutiones Calvini, sed & hoc idem docet Ioannes Caluinus contra Anabaptistas lib. 4. Institut. ca. 1. circa finem. Horantius autem loco citato fol. 174. de medicina Disciplinæ differens, agit contra hæreticorū malam mentem, dum corruptos mores ipsi Ecclesias obiectant. legatur epist. 54. Augustini ad Macedonium de Correctione. De eadem materia seu qustione agit & Ioannes Caluinus lib. 4. Institut. ca. 16. & Hieronymiana Confessio tom. 1. cap. 6. artic. 8. In Censura Orientali cap. 15. per malam Disciplinam npn omnino tolli doctrinam. vide ibid. cap. 21. de Ecclesiastica Disciplina & Hieronymianam Confessionem tomo 1. c. 3. art. 6. testimonio 4. de correctione.

## CAPUT VII.

*De latitudine & amplitudine argumenti utilissimi  
de Disciplina.*

Hoc argumentum sub se comprehendit iusta tractationem de Clauibus, Ecclesiastica Hierarchy, primatu Petri & successorum. De Iurisdictione Ecclesiastica, de Synhodis, Visitatione, examinatione, ordinatione, institutione ministrorum,

rūm, de eorundem destitutione, causarum, cognitione, Ecclesiæ determinatione, criminum correctione, denunciatione, publica poenitentia, de mensura temporis, de Casibus Papalibus & Episcopilibus, de secreta satisfactione, de instauratione poenitentium, de suspensione, excommunicatiōne, irregularitate, Interdicto, de Absolutione seu Reconciliatione aliaque his cognata & affinia, sic ut complectatur diligentem & accuratam procurationem doctrinæ & Sacramentorum, rituumque & morum cum seria animaduersione spirituali in rebellēs. Quæ omnia petenda ex Propheticis & Apostolicis scriptis, ex Canonibus Cōciliorum, ex antiquis, pijs doctisque modernis scriptoribus. De collapsa Disciplina passim conqueritur D. Bernardus, Basilius, Aluarus Pelagius in libro de Planctu Ecclesiæ, Paulus Fuschius Episcopus Sarnensis, Hermes Letmatius, Thomas Stapletonus in Declamationibus Quodlubeticis vbi etiam docet Protestantes non esse Reformatores Ecclesiæ.

### *De distinctione Clauium.*

Vtramque clauem tam Ord. quam Iurisd. moderatur clavis scientiæ & discretionis, cuius meminit D. Ambrosius ser. i. de Natali sanctorum Petri & Pauli, & de hoc Christus Lucæ ii. Vx vobis qui tulistis clavem scientiæ, & ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.

### *Definitione Disciplina.*

Disciplina est diligens & accurata procuratio obseruatiōis administratiōisq; doctrinæ & sacramento.

800 DE DISCIP. ECCLES.  
mentorum rituumque & morum Eccl. Cathol.  
cum seria animaduersione sed spirituali in  
belles & criminatos.

*De partibus Disciplinae, divisione. Discipl. Iuris d. de-  
cem capita complectitur.*

1. Synh. celebrationem.
2. Visitationem Eccles.
3. Examinationem ordinandoru m.
4. Examinatorum ordinationem.
5. Eorundem ex iusta causa destitutionem.
6. Causarum Ecclesiasticarum cognitionem  
& determinationem.
7. Criminum coercitionem vel per inquisi-  
nunc. accusat.
8. Poenitentiæ publ. dationem.
9. Poenitentium reconciliationem post per-  
ctam exomo logesin.
10. Censurarum vibrationem & relaxationem  
& similia.

C A P V T V I I I.

*De corrupta olim Disciplina Curia Romana iam re-  
stituta per Trid. Concilium.*

**A**D Disciplinam spectat agere de Reformatio-  
ne Curiae Romanæ, de qua multi docti & pi-  
vetercs ac recentiores varias querelas protule-  
runt, ut præter cæteros D. Bernardus de Conside-  
*Vide D. Ber-  
nar. querelas  
annotatas li.  
1. iuxer exer-  
ptas senten-  
tias D. Bern.* ratione ad Eugenium. huc spectat Concilium de-  
putatorum Cardinalium ad Paulum 3. in Tomis  
Conciliorum: scripsierunt autem de Reformatio-  
ne Romanæ Curiae hi, quorum nomina sequuntur.  
Primò